

## **Terms and Conditions**

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

### Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

### Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

Die 6. Sept. post prandium misi P. Priorem cum P. Henrico confratre ad monasterium Lunaelacense, ut sepulturae D. D. Bernardi abbatis pro 7. huius institutae, meo nomine assisterent.

B) Abt Beda von S. Peter begibt sich zur Feier des sogenannten Trigesimus für Abt Bernard nach Mondsee.

Die 26. Sept. post prandium cum uno confratre profectus fui in Mondsee ad exequias solemnes seu Trigesimum in funere Rss. D. D. Bernardi abbatis Lunaelacensis cognati et patroni mei. Inveni in Mondsee tres praesules, abbatem Erenbertum Cremifanensem, Amandum Lambacensem et Constantinum Schlierbacensem, sed neminem alium ex praelatis. Die 27. Septembris hora 8. Septimum (ut dici solet) Requiem solenne cantavit R. R. D. D. abbas Schlierbacensis; hora nona ex sacro pulpito per horam et mediam docte et pie peroravit in honorem defuncti patris R. P. Opportunus Dunkl iuris utriusque Doctor, professus Lunaelacensis et p. t. parochus in Oberwang sub themate: „Ostende nobis Patrem et sufficit nobis.“ Probavit eleganti et sacro verborum apparatu, quod defunctus praesul fuerit pater et quidem pater amoris, pater bonitatis, pater honoris. Quae concio omnem promeretur laudem et approbationem. — Ego ad aram steti funebris officiator et cantavi Requiem solenne seu Trigesimum cum Libera apud tumbam ante altare erectam sicque actui imposui coronidem. Die 28. Sept. vespere fui Salisburgum reversus.  
(Ex diario Abbatis Beda anni 1773, pag. 17, 18, 22.)

**Nähere Notizen über die letzte Krankheit und den Tod des Abtes Opportun Dunkl von Mondsee, entnommen aus dem Diarium des Abtes Beda Seeauer von S. Peter zu Salzburg.**

„Die 27. Aprilis 1784 nuntiavit mihi nobilis Dr. medicus ex Lunaelacensi monasterio reversus, quod heri hora quinta vespertina supremum vitae diem clauserit optimus vicinus noster et per plurimos annos specialis amicus meus in saeculari solemnitate et iubiliae mea professione assistens R. R. D. D. Opportunus Dunkl, dicti mon. digniss. et vigilantissimus abbas,